



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sermo de Triplici iusticia R. Patris Martini Luther  
Augustiniani Vuittenbergensis**

**Luther, Martin**

**Lipsiæ, 1519**

**VD16 L 6023**

Altervm est peccatu[m] essentiale ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33360**

egis sunt. sub maledicto sunt. Ideoq; Christiani, qui æternis bonis sunt ditandi, nō sunt exhortandi ad illam, sed dehortādi potius ad meliorem. Vnde non est gaudendum in his, sicut Principes Saxonie deus, gloria, diuicijs, voluptate ditat, quia religiosi sunt. Et si hæc non sint satis, nascetur adhuc vnuis mons argenti, et pax seruabitur, ipsi viderint an bene id eis cedat, ne sint mercenarij. Sunt enim hæc præmia vilissime huius, & maledictæ iusticie. Pertinens ad benedictionem Esahu & filiorū eius. Hi sunt factatores liberi arbitrii Themenitarum. Sic deus munera etiā mala, quia sicut in oculis hominū bona sūt, ita & in oculis hominum recipiunt bona.

**A**LTERVM est peccatum essentiale, natale, originale, alienum de quo psal. I. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. De quo Christus. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Et Ro. v. per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, & per vnius delictum in oēs hoies in condemnationē. Et hoc est peccatum quod facit proximum iusticiam esse nihil & malam, & maledicoram, sicut Christus ait. Aut facite arbore bonam, et fructus bonos, aut arborem malam, & fructus eius malos. Secundo id peccatum est incurabile viribus hominis, nec aliquid hic valet lib, arbitrium, ita ut & sancti dicant. Quod nolo malum hoc facio. Et Gal. v. Non quæ vultis facitis. ps. xxxvij. Qm̄ lūbi mei ipleti sunt illusionib⁹ &c.

**T**ertio, id est quod omnes sentimus in concupiscendo, irascedo, praesertim obiectis praesentibus, ut dicit dominus de oculo nequa &c. Ideo dixi essentiale, quia per natuitatem contrahim⁹ et manet semper, nec aliquando transit sicut actuale, sicut fons, venenū, aut aqua salis naturaliter salsa est, sicut corpus leprosum naturaliter est tale, & corpus coecū similiter, nō hic cū logicis ago

**I**usticia huic contraria similiter est natalis, essentialis, originalis aliena, quae est iusticia Christi Ioan. iij. Nisi quis renatur fuerit ex aqua & spiritu. Item Ioan. i. Quotquot eum receperunt dedit eis potestatem filios dei fieri. Et. i Ioan. iij. Qui natus est ex deo non peccat, (i. non est peccator) sed generatio dei conseruat eū Ro. v. Per unitas hominis iusticiam in omnes homines in iustis

cationem vitæ, & per vnius hominis obedientiam iusti constituitur multi. Hæc est de qua nuper dixi, q̄ sit sors, capitale fundum, petra nostra, & tota substâtia nostra, in qua gloriamur in eternum, vt Apostolus ait. Quod vita nostra abscondita est cum Christo in Deo, & iterum ut nos essemus iusticia dei in illo. Et. i. Corinth. i. Qui factus est nobis a deo iustitia & sapientia, & sanctificatio & redemptio. Et. i. Corin. iii. Fundamentum aliud nemo potest ponere, Secundo hæc fit nostra per fidem, Ro. i. Iustus ex fide vivit, &c. x. ca. Corde creditur ad iusticiam, hæc per baptismū confertur, hæc est proprie quā Euangeliū annūciat, & non est iusticia legis, sed iusticia gratiæ.

**T**ertio, Hanc qui habet etiam si peccet, non damnatur. ps. lxxxviii. Si peccauerit &c Hic est enim filius delicatus (vt dicitur) qui nō potest offendere quicquid fecerit. ps. xxviii. Uniuersitas viæ dñi misericordia & veritas.

**Q**uarto. Per hanc fit homo dominus omnium quia iusticia eius de coelo prospicit, & hic iusticia & veritas obuiat sibi, iusticia et pax osculatur. Veritas enim de terra oritur, Nam sine misericordia homo est hypocrita, sine iusticia inquietus. Gratia facit veram, iustum, & vera iusticia pacem, sed ea veritas Christus est, homo vanitas.

**Q**uito. Ro. v Aplūs dicit q̄ Adam sit forma futuri, scilicet si cut Adam uno peccato omnes ex se natos facit eodem suo peccato proprio, illis tamen alieno, reos, & dat quod habet. Ita Christus sua iusticia omnes rex se natos facit eadē sua iusticia, illis aliena, et immerita, iustos & saluos. Ut sicut alieno peccato damnati sumus, ita aliena liberemur iustitia. Et ideo essentiale hæc dixi, & æternam, quia manet semper, nec cessat aliquando sicut actualis. Iuxta illud ps. cx. Iusticia eius manet in seculū saeculi. Sol⁹ Christus est æternus, ideo iusticia eius quoq; æterna, et tamen nostra. Hæc est misericordia dei patris, hæc gratia noui testamenti, qua dulcis est dominus his, qui gustant eum, in hac oportet nos saluos fieri, & nulla alia. Actuum. xv. Non est nobis datum nostrum sub coelo &c. ps. xxx. In iusticia tua libera me. Et deus in nomine tuo salutū me fac &c. hoc est q̄ dixi Nullus saluat nominis

A. iii

ne suo proprio, sed appellatio (i.e. non ut Petrus, Paulus, Iohannes,  
sed ut Christianus) sicut ait Iohannes. iii. Nemo ascēdit in cōclum, nisi  
q̄d descēdit filius hominis, qui est in cōclu, de qua nuper latius dixi.

**T**ERTIVM peccatum est actuale, quod est fructus originalis,  
hæc sunt iam propria peccata omnia, scilicet opera quæ sa-  
cim⁹, etiam iusticiæ priores, ante fidē, iuxta Apostolum Ro. 2.  
& iii. qui alium doces, te ipsum non doces, & non est iustus, non  
est intelligens, & eadem facis quæ iudicas, in quo enim iudicas  
te ipsum, & hoc augetur malum peccati originalis, nec tamē po-  
test vitari proprijs viribus.

**I**usticia huic contraria est actualis, fluens ex fide & iusticia es-  
sentiali, de qua Apostolus. Sicut portauimus imaginem terreni  
&c. ps. lxxij. Iusticia ante eum ambulabit (i.e. coram eo erunt  
iusti in opere) & ponet in via gressus suos. Et de ista nunc latius  
dicendum, vbi dimissum fuit nuper a me.

**P**rimū hæc opera dicuntur meritoria, nescio an intelligent, ego  
fateor me non intellexisse. Fides est meritū totū, vanissimum est  
vt vñ act⁹ subitaneus dicat dign⁹ vita æterna, oportet vt persona  
sit digna. Christus meruit nobis & donauit, donatq̄ quotidie,

**S**ecundū Quomodo possit esse meritū, cum tñ omnes sancti  
peccent iuxta illud, Nō intres in iudicium cū seruo tuo, Et Chris-  
tus, vos cum sitis mali, Et dimitte nobis debita nostra, Et Bñns  
Aug. Ve bonum vita &c. Et rursus vñusquisq; mercedem reci-  
pier secundū suum laborem. Et. iiiij. Regum Est merces operi  
vestro. Et Gene. xij. Ego merces tua magna nimis. Et Eccle. ix  
Vnde, comedere in lætitia panem tuum, et bibere cum gaudio vīnū  
tuum, quia deo placent opera tua. Immo caueat omnis Christia-  
nus, ne vñq; incert⁹ sit, an deo placeat opera sua, qui enī sic dubi-  
tat, peccat & perdit opera sua cuncta, frustraq; laborat, sed opor-  
tet vt credat se placere deo, vt Aplus, Gloria nostra hæc est te-  
stimonium cōsciencie nr̄ae, q̄ sine crīmē cōuersari sum⁹ i hoc sæculo.  
Et iterū Non sic curro tangi in incertū, nō sic pugno quasi aerē  
verberās. Et Petrus. Satagit p bona opera certificat̄e vocationē  
vīram Qui enī nescit, aut dubitat se bene agere, aut semp male se